

*interdictum fuerat. text. in dicto §. Quibus. ibi: Eam tamen cum qua poterat habere conjugium. text. in dict. Auth. Quib. mod. natur. eff. sui. cap. Reliqui. versic. Si quis igitur dotalia. collat. 7. ibi: Cui omnino licet copulari. text. in leg. 2. in fin. titul. 15. part. 4. & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Joan. Anchar. in dict. cap. Tanta. 1. col. & ibi Cardinalis fin. quest. Abbas pen. col. num. 14. Anton. 3. col. num. 15. Anch. 2. col. num. 8. Joann. Faber. in §. fin. Instit. de Nuptiis, 2. col. num. 2. & ibi Platea, Christophor. & communiter DD.*

56 Nunc verò extende superiorem conclusionem, quæ habet, quòd per contractum matrimonii legitimantur filii; ut procedat etiam si pater contrahat cum concubina in articulo mortis & in extremis, taliter quòd evadere non possit, nec subsit aliqua spes prolis recipiendæ (b). Primò, quia proles vel susceptio liberorum non est de substantia matrimonii, quando illud deficit ex defectu accidentali: textus est in cap. Commissum. de Sponsalib. ubi ille qui proposuit religionem intrare, potest contrahere eo animo ut statim ingrediatur religionem, & tamen valet matrimonium: & ad hoc notat ibi Abb. & communiter scribentes. Secundò facit text. in cap. Nuptiarum. caus. 27. quest. 1. in princip. juncta Gloss. in verb. In quibusdam. ubi habetur, quòd senex in maxima senectute constitutus potest contrahere matrimonium, licet non sit aliqua spes suscipiendæ prolis, & tenet matrimonium in humanitatis solatium: text. in leg. final. Cod. de Nuptiis, ubi disponitur, quòd senex, qui habet sexaginta annos, potest contrahere matrimonium. Sed advertendum, quòd hoc debet intelligi quando impedimentum suscipiendæ prolis non est certum: secus verò si sit certum & perpetuum, ut quia sit constitutus in postrema & decrepita ætate & senectute, taliter quòd impossibile sit generare; quia tunc non possunt contrahere: ita Gloss. in cap. 2. de Frigidis. & ibi Vincent. Gofred. Anchar. Abb. Præpos. & communiter DD. & facit textus, & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores antiqui in leg. Si serva. §. Si spadoni. ff. de Jure dot. ubi ille, qui est omnino castratus, non potest contrahere; spado verò sic: & illum textum sic intelligit & declarat Socin. in leg. 1. ff. Solut. ma-

rim. 3. colum. in fin. idem Socin. in leg. Sed est quasitum. ff. de Liber. & posthum. facit etiam text. in leg. Nuper. versic. Sufficiat. Cod. de Natur. liber. ibi: & spem tollendæ sobolis habeant. ubi dicit, quòd matrimonium debet contrahi spe procreandæ sobolis: Facit etiam ipsa constitutio matrimonii, quæ fuit causa procreandæ sobolis, ut habetur Genes. cap. 2. dum dicit: Crescite & multiplicamini. Tertiò pro hac sententia facit textus notabilis in leg. Sed est quasitum. in princip. ff. de Liber. & posthum. juncta Gloss. 1. ubi habetur, quòd senex, vel spado, qui generare non possunt, licet possunt contrahere matrimonium, inspecta potius natura quàm accidenti. Confirmatur per textum in leg. 2. §. Illud. ff. de Adoptionib. ubi spado, qui ex accidenti generare non potest, bene potest adoptare: secus tamen est in castrato, qui omnino coire nec generare potest; quia nec contrahit, nec adoptat, ut dixi supra proximo fundamento. Et in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Cin. in leg. Nuper. Cod. de Natur. liber. saltem eo casu, quo filij naturales erant superstites; alias verò eis non extantibus, non teneat matrimonium: & ibi Bald. Angel. Salicet. tenet etiam Alber. qui notabiliter loquitur, in leg. Cum quis. eodem titul. 4. colum. versic. Circa tertium articulum. Angel. de Per. in leg. Sed est quasitum. ff. de Liber. & posthum. & ibi Aretin. Raph. Cuman. Socin. & Jas. Joan. de Imol. in leg. Si quis posthumos. in fin. eod. tit. & ibi Alexand. & alii DD. Imol. in leg. Gallus. in princ. final. col. propè finem. versic. Item nota. eod. tit. Bald. in cap. 1. §. Naturales. 3. colum. num. 10. Si de feud. fuer. controver. inter. domin. & agratum vasalli. idem Bald. in rubr. Cod. de Privilegiis. 2. colum. post princip. Angel. in Authent. Quib. mod. natur. eff. legitim. in princ. num. 2. collat. 6. Angel. de Aret. in §. fin. penultim. col. num. 11. Instit. de Nupt. & ibi alii DD. Joan. Andr. notabiliter in dicto capit. Tanta. 1. col. in princ. Qui filii sint legitim. & ibi Cardin. 2. col. num. 6. Anton. de Butr. 3. col. num. 14. Anchar. 1. column. in fin. num. 4. Collectarius, 2. col. in fin. num. 5. Præpos. 3. col. num. 7. Abbas in cap. Commissum. 1. col. num. 3. de Sponsalib. idem Abb. in cap. 2. de Conjug. lepros. 1. col. num. 4. latè Joan. Andr. in Regul. Sine culpa. de Regulis Ju-

(b) Ejusdem sententiæ fuit Castill. in leg. 21. Taur. num. 25. Cifuentes num. 15. Tiraquell. in leg. Si unquam. verb. Susceperit liberos. num. 73. Cod. de Revocandis donationib. Duenn. in Regul. 350. limitatione 1. Molin. de Primogen. lib. 2. capite 5. num. 25. & 26. Matienz. in leg. 10. tit. 8. lib. 5. Recop. glos. 3. num. 4. Covarr. in Epitom. de Sponsal. 2. part. cap. 8. §. 2. num. 10.

Jur. in 6. 1. & 2. colum. Antonius de Rosell. in tractat. Legitimation. fol. 3. versic. Ulterius quæro. Ludovicus de Sardis, qui notabiliter loquitur in tract. de Legitimation. in part. & rubric. de Legitimat. per verum matrim. in 1. quest. 2. volum. & tractatu.

Contrariam tamen sententiam tenet Richard. de Malv. in quadam disputatione sua, Bald. in dicta leg. Sed est quasitum. ff. de Liber. & posthum. imò, quòd non legitimantur filii: Glossa ibi in verb. Nec atas. quam ad hoc reputat singularem: tenet etiam Imola in leg. Cum tale §. Mævia. de Conditionib. & demon. saltem eo casu, quo esset penitus in ultimo articulo & extremo mortis, quo nulla subest spes salutis. Sed resolutivè pro concordia dico, quòd licet contrahatur matrimonium in articulo mortis, taliter quòd tunc nec agere nec generare possit, bene valet matrimonium, & filii legitimantur per jura superius adducta; quia illud est vitium accidentale, & etiam quia per convalescentiam subest spes sobolis procreandæ, nec reputatur impossibilis talis convalescentia, quantumcumque contrahens sit in articulo mortis, quia quoad nos mors est incerta quando, & illa spes potentialis debet sufficere. Si verò contrahens matrimonium sit constitutus in maxima & decrepita ætate, taliter quòd naturaliter non subest jam spes generandi, non valet matrimonium, nec legitimantur filii. De hoc tamen dubito; ideo cogita: nam vidi quòd legitimantur, quia subest spes prolis jam susceptæ, & potest dici de novo suscepta propter novam qualitatem legitimationis: & hoc sentit Joan. Andr. in dict. cap. Tanta. 1. col. & ibi Caravit. 1. 2. col. num. 6. Anton. 3. col. num. 34. Anch. 2. col. in princ.

57 Limita tamen & intellige superiorem conclusionem, quæ habet, quòd per subsequens matrimonium legitimantur filii; ut procedat, præterquam si fiat in fraudem substituti, vel fideicommissarii, qui ex aliqua dispositione est vocatus in defectum legitime prolis; & de illa fraude possit apparere vel constare verè, vel præsumtivè: ita singulariter Angel. de Per. in dict. leg. Sed est quasitum. ff. de Liber. & posthum. argumento textus in dict. leg. Nuper. Cod. de Natur. liber. quem corruptè allegat: idem tenet Ang. in dict. leg. Nuper. num. 3. Et confirmatur ista decisio Angel. ex doctrina singulari Bald. in cap. In presentia. de Probat. 6. col. num. 34. ubi dicit, quòd si quis ingreditur religionem in articulo mortis, & profitetur, non excludit substitutum; quia videtur fecisse in fraudem substituti: argumento textus notabilis in leg. Filia mea. ff. Solut. matrim. Sed ista decisio & conclusio Angeli aperte est falsa, quia aliàs sequeretur quòd nullo casu legitimarentur

(c) Vide Molin. idem tenentem, & alios plures allegantem, de Primogen. lib. 2. cap. 5. num. 25. & 2. Tiraquell. in dict. leg. Si unquam. verb. Susceperit. num. 74. Codic. de Revocandis donationibus.

filii per contractum matrimonii in articulo mortis: cuius contrarium tenet communis opinio, ut supra conclusum est Et ita in specie reprobat Alexand. in dict. leg. si quis posthumus. 2. colum. de Lib. & posthum. & ibi Jason penult. colum. num. 10. Similiter etiam est falsa illa sententia & conclusio Bald. in dict. cap. In presentia. ut patet ex superioribus, & in specie eam reprobat ibi Felin. 15. colum. num. 34.

Item etiam dicitur constare præsumptivè de fraude, quando quis contraheret matrimonium in articulo mortis cum tali muliere, cum qua honestè non potuit contrahere, attendente qualitate personarum & loci; puta si contraheret cum ancilla, vel famula, vel vili persona: quia tunc non excluderetur substitutus, argumento textus in leg. Cum ira legatum sit. ff. de Condition. & demonstration. & in leg. Ne pos proculo. ff. de Verborum significat. text. in leg. Si rogatus. §. Matrimonii. ff. de Manum. vind. text. in leg. Non tantum. §. Si emancipatus. ff. de Contra tabul. facit etiam textus in Authent. Quibus modis naturales efficitur legit. cap. Si igitur licentia. collat. 6. ubi habetur, quod licet eo casu, quo potest fieri legitimatio per contractum matrimonii, non possit fieri per rescriptum Principis, nec alio modo; tamen debet intelligi, si honestè potest contrahi, & sine dedecore & ignominia: secus verò aliàs; quia tunc non tenetur quis contrahere: & ad hoc notat ibi Glossa ordinaria, Angel. & communiter DD. & ad hoc illum textum dicit singularem & unicum Bald. in cap. Illud. 1. colum. num. 3. de Prasumpt. notat etiam & commendat idem Bald. in §. Per tuas. de Major. & obed. num. 5. notat etiam & commendat Platea in §. final. Institut. de Nupt. fin. colum. tenet etiam & reputat singularem Jas. in leg. Gallus. §. Et quid si tantum, ff. de Liber. & posthum. 21. colum. num. 90. & illum textum, junctà Glossa, reputat singularem Anton. de Rosell. in tract. in Legitim. fol. 96. vers. Modo viso de causa. num. 2. ita refert Socin. in dict. leg. Sed est quasitum. ff. de Liber. & posthum. 2. col. dicens, ita vidisse consultum per aliquos solemnes DD. Sed in veritate ista opinio & consideratio est falsa, quia text. in dict. cap. Tanta. cum simil. dicit, quod indistinctè filii legitimantur per subsequens matrimonium, si tempore procreationis filiorum poterat esse inter parentes matrimonium: sed constat quod matrimonium tenet etiam cum ancilla, vel famula, vel vili persona, ut in Authent. Ut liberati de cater. collat. 6. & in Authent. de Trient. & semi. cap. Quod autem. Collat. 3. ergo &c. & ita

expressè tenet Socin. ubi supra. & ante eum expressè voluit Hofsiens. in Summ. Qui filii sine legitim. §. fin.

Secundò principaliter limita, præterquam si talis infirmus existens in articulo mortis, vel senex in decrepita ætate constitutus amiserit sensum, taliter quod deficeret sibi consensus ad contrahendum; quia tunc nec matrimonium tenet, nec filii legitimantur; argumento textus in cap. Tua. de Sponsalib. & in terminis ita tenet Anton. de Rosell. in tract. de Legitim. Socin. in dict. leg. Sed est quasitum. ff. de Lib. & posthum. 1. colum. in fin.

Item quaero in materia nostra: Si ille, qui habet filios naturales ex concubina, contrahit matrimonium cum legitima uxore; & ea mortua, contrahat cum concubina, an prædicti filii legitimantur? Et videretur quod non: Primò, quia ista legitimatio, quæ fit per subsequens matrimonium, inducitur à jure per modum & viam fictionis, quia fingit jus matrimonium antea esse contractum: ita probat textus in dict. cap. Tanta. & ibi expressè tenet Innoc. & Abb. & communis opinio: Sed fictio requirit duo extrema habilia, scilicet tempus à quo incipit, & tempus ad quod extenditur: textus in leg. Bonorum. ff. Rem rat. hab. text. in leg. Quotiens. versic. Et ideo. ff. de Novation. text. in leg. Cum heredes. §. 1. ff. de Acquir. posses. text. in leg. Eius qui apud hostes. ff. de Testament. text. in leg. Donationes quas parentes. junctà Glossa ordinaria, & communi opinione, Cod. de Donat. inter vir. & uxor. text. in leg. Gallus. §. Si ejus. ff. de Liber. & posthum. & tenet magistraliter Bart. in leg. Si is qui pro emptore. 3. colum. & 3. oppos. ff. de Usucap. & ibi communiter DD. & in nostro casu & quaestione licet reperitur habitas in tempore à quo incipit fictio, hoc est in tempore quo contrahitur matrimonium, tamen deficit habitas in tempore ad quod fit extensio, cum medium tempus sit inhabile propter matrimonium contractum cum legitima uxore; quod quidem medium videtur impedire transitum fictionis ad extremum ad quod: Ergo, &c. Confirmatur, quia medium inhabile impedit extrema conjungi in acquisitione juris vel effectus: text. est in leg. Servitutes. la 4. §. final. ff. de Servitut. tit. general. text. in leg. Qui sella. §. fin. ff. de Servitut. rust. præd. text. in leg. Tria prædia. eodem tit. text. in leg. Heredes palam. §. final. ff. de Testament. text. in leg. Hac consultissima. Cod. de Testament. text. in leg. 1. ff. de Verbor. obligat. text. in leg. Continuus. eodem tit. Et in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Ludovicus de Sardis in tractat. Legitima-

tion.

tion. in part. & rub. de Legitimatione per verum matrimonium. 2. quaest.

60 Sed his non obstantibus, contrarium est tenendum, imò, quod prædicti filii legitimantur, & matrimonium retrotrahitur. Primò, quia textus in dict. cap. Tanta. & jura similia non requirunt aliquam habitatem in medio tempore, sed tantum in suis extremis. Secundò pro hac sententia & conclusione facit bonus textus in Authent. Quib. mod. natur. efficitur legitim. cap. Si igitur. §. Si verò solummodò. in fin. ibi: Aut primitus natis. collat. 6. ubi dicit, quod filii naturales, modò nascentur ante nativitatem legitimorum, modò post, semper legitimantur per subsequens matrimonium: ergo patet, quod si postquam quis habuit filios naturales duxit uxorem, ex qua procreavit legitimos, & ea mortua contraxit cum concubina, per tale matrimonium legitimantur filii naturales ex ea antea habiti: & ad hoc illum textum notat & commendat Angel. in §. Si quis verò non habens. ejusd. Auth. & illum textum ad hoc reputat singularem Angel. in leg. Nuper. in fin. Cod. de Natur. liber. item etiam probat textus in leg. Divi Constantini. Cod. de Natur. liber. text. in Authent. de Incestis Nupt. cap. Dubitatum. Collat. 2. & in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Joan. Andr. in dict. cap. Tanta. 1. col. post princ. & ibi Anton. 3. col. num. 15. Card. 2. col. num. 5. Abb. Panorm. 2. col. in 2. notab. Ancharran. 3. colum. num. 12. Præpos. col. 14. Joan. Andr. melius quam alibi in Regul. Sine culpa. de Regul. jur. in 6. ubi plenè disputat. 3. & 4. colum. Anchar. in cap. Licet. de Voto. final. colum. & quaest. Bartol. in leg. Bonorum. ff. Rem rat. hab. 2. colum. in fin. Alber. in leg. Cum quis. Cod. de Naturalib. liber. 3. colum. versic. Circa secundum articulum. & ibi Joan. Faber. in suo breviario. Bald. in leg. penult. §. Uxor. in fin. ff. Solut. matrim. Angel. & Imol. In leg. Cum decem mihi. §. fin. ff. de Solution. Angel. in §. fin. Institut. de Nupt. fin. col. & ibi Platea. 2. colum. post princip. Paul. Alexand. & Moderni, in leg. Pomponius. §. Quasitum. ff. de Acquirend. possession. tenet etiam notabiliter & meliùs quam alibi Anton. de Rosell. in tract. Legitimation. fol. 3. versic. Quaero ulterius. 1. colum.

Item quaero: Si quis habet filium naturalem, & ex eo nepotem legitimum & naturalem, qui non potest succedere avo ab intestato, nec habet jura legitimi quoad ad ipsum

avum, ut in leg. final. Cod. de Natur. liber. & postea, mortuo filio naturali, qui erat in medio, contrahat matrimonium cum concubina, ex qua suscepit prædictum filium naturalem; an legitimetur nepos quoad ipsum avum? Et certè est subtilis & notabilis quaestio, & videtur dicendum quod non. (d) Primò, quia legitimatio debet priùs facere fundamentum in ipso filio, ut ex eo faciat transitum ad nepotes, & alios descendentes; quia principaliter de ejus persona & favore tractatur, non de nepotibus, vel aliis: argumento text. in dict. cap. Tanta. cum similib. Sed ille filius reperitur mortuus: ergo nepotes vel posteriores descendentes non possunt legitimari. Secundò in confirmationem ejus facit textus in leg. Qui libertinus. §. Posthumus. ff. de Oper. libertor. ubi dicit text. quod si libertus promisit domino suo aliquas operas causà libertatis, non tenetur eas præstare si postea suscipiat duos plures filios, sed statim ab illa obligatione & promissione liberatur, ut dicit textus in principio illius legis: tamen si talis libertus decessit, relicto posthumo in ventre uxoris, qui natus est post mortem liberti patris ejus, non liberatur hæres ab obligatione operarum; quia liberatio debet incipere & fundari in persona liberti. Tertio, quia inhabilitas medi, per quod fit transitus de una persona ad aliam, impedit juris effectum & acquisitionem: textus est in leg. 1. §. Certum. ff. de Acquir. possession. Et confirmatur, quia medium inhabile impedit extrema conjungi: textus est in leg. Qui sella. §. fin. de Servitut. rust. præd. text. in leg. Tria prædia. eod. tit. Cum simil. & in expressò, ex prædicto fundamento istam sententiam & conclusionem tenet Paul. de Castr. in dict. leg. 1. §. Certum. ff. de Acquir. posses. & ante ipsum tenet Guillelm. de Cuman. in leg. Benignus. ff. de Legib. & ibi tenet Alber. & Bald. tenet etiam Paul. in leg. Scire leges. eodem tit. Alexand. notabiliter in leg. Gallus. §. Si ejus. penult. colum. num. 9. ff. de Liber. & posthum. Anton. in cap. Per venerabilem. Qui filii sint legitim. 13. col. in fin. versic. Requiritur 3. Jason notabiliter in leg. Si is, qui pro emptore. ff. de Usucapion. 31. col. num. 138. Platea in §. final. Institut. de Nupt. 2. colum. in medi. Anton. de Rosell. in tract. Legitim. 3. fol. num. 31. Ludov. de Sardis. in tract. de Legitimation. in Part. & Rubr. de Legitimatione per verum matrim. in 5. quaest. in princip. Sed

(d) Vide de hac quaestione latissimè Covarrub. de Sponsal. 1. part. cap. 8. §. 2. num. 18. Ducñ. regula 350. lim. 2. Matienz. in leg. 10. tit. 8. lib. 5. Recop. gloss. 3. num. 5.

Sed his non obstantibus, ego teneo contrarium, imò quòd legitimetur nepos quoad ipsum avum. Primò, quia considero, quòd legitimitio & virtus ejus non procedit favore filiorum naturalium, sed principali favore ipsius matrimonii: ita probat textus in dicto cap. *Tanta*. in princip. ibi dum dicit: *Tanta vis est matrimonii*, &c. Et per eum ita tenet & declarat ibi Abb. Panorm. 1. colum. in 1. notab. & Ancharran. 2. colum. in princip. Præpos. 18. colum. num. 22. & est de mente omnium DD. ibi. Anton. de Rosell. in tractat. *Legitimation*. fol. 4. versic. *Venio ad examinandum*. in princip. Undè, si reperiantur filii superviventes, ipso jure legitimantur, & similiter nepos, & omnes alii descendentes: Si verò filii non reperiantur, tunc legitimabitur nepos, & alii descendentes: quia cum ipsa legitimitio dependeat ab ipso matrimonio, virtute & potentia ejus omnes personas respicit & comprehendit; & una persona deficiente, legitimitio operabitur effectum suum in aliis. Secundò pro ista sententia & conclusione facit: quia de adoptione vel arrogatione ad legitimationem valet argumentum: Glossa, quæ est notabilis & ordinaria, in leg. 1. §. *final*. in gloss. *final*. in princip. ff. *Ad municipal*. quam ad hoc notat & commendat Jas. in Rubric. ff. *de Liber. & posthum*. 2. colum. num. 7. Similis glossa est in leg. *Cum in adoptivis*. versic. *Et ideo sancimus*. Cod. *de Adoption*. quam ad hoc notat & commendat Bald. in eadem leg. 2. colum. num. 6. Pro quibus facit textus in leg. *Jubemus*. in fin. Cod. *de Natur. liber*. quem ad hoc notat Bald. in leg. 1. Cod. *de Jure aureor. annulor*. 2. colum. prope fin. & isto argumento utitur Bald. & DD. in leg. *Si te parens*. Cod. *de Suis & legitim. liber*. Imò plus juris debet esse in legitimatione, quàm in adoptione vel arrogatione; quia filius legitimatus habet naturalia primordia, quæ non habet adoptatus vel arrogatus, secundùm Bald. in dict. leg. *Si te parens*. Cod. *de Suis & legitimis liber*. & favorabilior est legitimitio quàm adoptio vel arrogatio, secundùm eundem Bald. in leg. *Nec absens*. in fin. ff. *de Adoption*. Sed bene potest quis adoptare, vel arrogare in nepotem, dato quòd nunquam habuerit filium, vel si habuit, mortuus est: textus in leg. *Adoptare*. ff. *de Adoption*. text. in leg. *Adoptiones non solum eod. tit.* text. in §. *Licet*. Institut. eod. Ergo in casu nostro per contractum matrimonii legitimetur nepos, licet filius jam sit mortuus. Tertiò pro hac sententia & conclusione considero noviter textum in dict. cap. *Tanta*. dum dicit: *Ue qui antea sunt geniti, post contractum*

*matrimonium legitimi habeantur*. ubi probatur, quòd beneficium istius text. non restringitur solum ad filios naturales, sed extenditur etiam ad omnes alios ascendentes ex eo: Ergo licet aliqui eorum reperiantur mortui tempore contracti matrimonii, bene legitimantur qui sunt vivi. Quartò facit textus in leg. *Si filium*. ff. *de Gradib*. ubi habetur, quòd si quis adoptavit vel arrogavit aliquem in filium, filio legitimo jam mortuo, talis filius adoptivus videtur frater alterius filii legitimi jam defuncti. Quintò & singulariter facit: quia in materia fictionum ista est doctrina & regula valde notabilis, quòd sufficiunt extrema habilia circa rem vel causam de qua principaliter agitur, vel fingitur, non verò requiruntur in his quæ in consequentiam veniunt & tanguntur: argumento textus in leg. 1. Cod. *de Captiv*. & in leg. *penultim*. ff. *de Suis & legitim. hered*. & istam theoreticam & doctrinam ponit Bart. in repetit. leg. *Si is qui pro emptore*. ff. *de Vucapion*. 7. colum. versic. *vel dic clarius*. & 16. colum. versic. *Dicendum est ergo*. & ibi alii DD. præcipuè Jas. 25. colum. num. 340. Sed in nostro casu principaliter agitur & tractatur de matrimonio, & circa illud principaliter versatur fictio; ergo sufficit quòd extrema sint habilia respectu ejus: Incidenter verò & in consequentiam agitur de legitimatione filiorum; ideò respectu eorum non requiruntur extrema habilia: & pro hoc facit bene textus in leg. *Si filium*. ff. *de Gradibus*.

Et in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Socin. licet non ita bene fundet, in leg. *Gallus*. §. *Si ejus*. 2. colum. in med. ff. *de Liber. & posthum*. Præpos. in dict. cap. *Tanta*. 18. colum. 14. quest. num. 24. Alciat. in tractat. *Presumption*. in 1. part. 20. colum. & ibi ejus additionator. Et confirmatur ex notabili sententia & doctrina Bart. in leg. *Gallus*. §. *Tunc de leg. Velleia*. final. colum. in ultim. quest. ff. *de Liber. & posthum*. ubi tenet, quòd bene potest quis legitimare per rescriptum Principis nepotem spurium post mortem patris sui: & ibi tenet communis opinio DD. præcipuè Jas. penultim. colum. num. 15. tenet etiam Anton. de Rosell. in tractat. *Legitim*. fol. 96. versic. *Modo viso de caus*. 2. colum. num. 9.

Item quæro: Si quis habet filium naturalem ex concubina, & postea habuit filium legitimum & naturalem ex uxore legitima; quæ mortua, contraxit matrimonium cum concubina, & per consequens legitimatur talis filius naturalis, cum medium matrimonium non obstat, ut supra dictum est; an talis filius legi-

gitimatus succedat in Regno, vel majoratu, qui de necessitate debet venire ad primogenitum; an verò succedat & præferatur filius legitimus & naturalis secundò genitus? Et videtur quòd filius naturalis legitimatus præferatur: Primò, quia matrimonium contractum cum concubina retrahitur ad tempus quo habuit accessum ad concubinam, ut in dict. cap. *Tanta*. cum similib. & ibi communis opinio: Si retrahitur; ergo quoad omnes effectus, argumento textus in leg. *Potior*. ff. *Qui potior in pignor. habeant*. text. in leg. *Necessario*. §. *Quid si pendente*. ff. *de Pericul. & commod. rei vendita*. Confirmatur: quia quando lex vel canon inducit aliquem actum fictum loco alterius veri, intelligitur tribuere actui ficto omnes qualitates & effectus qui resultarent ex actu vero: ita probat textus in leg. *Lege cornelia*. ff. *de Testament*. & ibi expressè notat Franc. de Aret. in 1. notabili. Confirmatur & secundò: quia si contrarium diceremus, & iste filius naturalis legitimatus non succederet, sequeretur quòd certo tempore & quoad aliqua esset naturalis, & quoad alia esset legitimus; quod est monstrum & impossibile, argumento Glossæ ordinariæ, & eorum quæ ibi notantur, in cap. *Cum inhibito*. §. 1. *de Clandestin. desponsat*. Secundò & principaliter facit textus in *Authent. Quibus mod. natural. efficiunt sui*. cap. *Reliqui colat*. 7. ubi dicitur, quòd filius naturalis legitimatus habet quòd consequitur omnes illas successiones, quas haberet si esset legitimus & naturalis: idem probat textus in cap. 11. §. *Adoptiones*. in fin. ejusdem *Authent.* facit bonus textus in leg. *Qui in Provincia*. §. *Divus*. in fin. ff. *de Rit. nuptiar*. Et in expresso istam sententiam & conclusionem tenebat Guillelmus Accursius Doctor antiquus, quem refert Joan. Andr. in regul. *Sine culpa*. de Reg. jur. in 6. 10. colum. in fin. versic. *Ad solutionem*. tenet etiam & firmat Collectar. in dict. cap. *Tanta*. *Qui filii sint legitimi*. 1. colum. num. 3. tenet etiam expressè Bartol. si est ejus lectura, in *Authent. Quibus modis natural. efficiuntur sui*. capit. *Tribus*. final. quest. Felin. in cap. *Prudentiam*. de *Officio Delegati*. 3. colum. num. 9.

(e) Hanc sententiam sequitur etiam Molin. de *Primogeni*. lib. 3. cap. 1. num. 7. ubi communem, & tenendam in judicando & consulendo testatur: Gutierrez in §. *Sui*. num. 192. cum sequent. de *Hered. qualitate & differentia*. Cifuentes in leg. 40. Taur. quest. 1. Castill. in leg. 12. verb. *Signente*. Gregorius in leg. Gloss. magna post medium titul. 13. part. 4. *Dueñas reg*. 350. limit. 14. Spin. in *Speculo testament*. gloss. 15. principal. num. 26. cum pluribus aliis, quos refert & sequitur Matienz. in leg. 10. gloss. 3. num. 7. qui fundamentis Covarrub. in 4. 2. part. cap. 8. num. 28. & Menchac. contrarium tenentium, late satisfacit.

Sed his non obstantibus, ego teneo contrarium, imò quòd præferatur filius legitimus & naturalis natus ex legitima uxore. (e) Primò, quia in filiis & descendantibus jus successionis competens in bonis parentum est considerabile etiam in vita eorum, & est quædam spes probabilis, tam de jure naturali, quàm positivo: text. in leg. *Scripto*. ff. *Unde liber*. text. in leg. *Cum ratio*. ff. *de Bon. damnator*. text. in leg. *In suis*. ff. *de Liberis & posthum*. text. in leg. 1. §. *Qui sunt in potestate*. ff. *Si quis omis. caus. testament*. text. in §. *Sui*. Institut. *de Heredum qualitate & differentia*. text. in §. *Sui*. Institut. *de Hered. quæ ab intestato defer.* & tradit Bartol. & DD. in leg. 1. §. *Si impuberi*. ff. *de Collation. bonor.* & in leg. 2. ff. *Si à parente quis fuerit manumis.* & in leg. *final*. ff. *de Liberis agnoscend.* & in leg. *Post emancipationem*. §. *Illud*. ff. *de Liberation. legat.* & in leg. 3. Cod. *de Jur. & fact. ignorant.* tradit etiam Bartol. notabiliter, & melius quàm alibi, in leg. *Is potest*. ff. *de Acquirend. hereditat.* 2. colum. in fin. & facit auctoritas Pauli ad Galatas, cap. 4. ibi: *Si filius, ergo heres*. & facit quod habetur *Levitico*. cap. 25. Ergo in nostro casu & quæstione illud jus successionis statim fuit quæsitum filio ipsi legitimo & naturali; quod sine ejus facto vel culpa ab eo auferri non potest, ut in regul. *Id quod nostrum*. ff. *de Regul. jur.* Secundò principaliter facit: quia legitimitio est quædam natalium restitutio, ut in *Authent. Quibus modis natural. efficiunt legitim.* cap. *Si quis sanè*. versic. *Liceat igitur collation*. 6. ibi: *filios restituere natura*. Sed restitutio nunquam trahitur retro in præjudicium alterius, & juris sibi quæsiti, ut probat textus notabilis in leg. 2. & in leg. 4. ff. *de Natalib. restituend.* text. in leg. *Etsi*. aliàs *Air*, 7. §. *Sed quod Papinianus*. ff. *de Minor*. text. cum ibi notatis, in leg. *final*. Cod. *de Repudiat. heredit.* & tenet Glossa notabilis ordinaria in leg. *Gallus*. §. *Et quid si tantum*. in verb. *Emancipatus*. in fin. ff. *de Liber. & posthum*. & ibi Bartol. 4. colum. num. 2. Bald. Paul. Imol. & comuniter DD. Et in expresso, quòd legitimitio non trahitur retrò in præjudicium alterius, probat textus notabilis in dict.